



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio LXXVII. De remanentibus in Sacramento accidentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

Si controuersiam spectemus in ordine ad praxim, omnino videtur dicendum quod quando res ipsa inuenitur notabilis mutatio in qualitatibus, Christi corpus non remaneat: vel enim requiritur deperditio quantitatis ut corpus Christi desinat esse modo sacramentali, & dico huiusmodi notabilem mutationem qualitatibus arguere quantitatis deperditionem, & per consequens quod desineret substantia panis, & proinde quod substantia corporis Christi ibi desinat esse. Vel non requiritur deperditio quantitatis, & similiter dicendum, facta notabili mutatione in qualitatibus, corpus Christi desinere esse in Sacramento.

Porro notabilis mutatio qualitatibus necessaria ad panis conseruationem, & proinde ad hoc ut corpus Christi remaneat in Sacramento, censetur inueniri quando odor, sapor, spissitudo notabiliter mutantur; hæc enim indicant non remanere sufficiens temperamentum ad conseruationem panis. unde quo casu in hostia ante consecratam clara esset notabilis mutatio istorum accidentium, ea non videretur posse adorari, licet apparet caro vel sanguis, quia si tanta mutatio inueniatur, etiam nulla intercedente apparitione, corpus Christi censetur desinere esse in Sacramento; ergo etiam si intercedat apparitio, quia huiusmodi apparitio non facit, ut mutatio aliis sufficiens ad desitionem corporis Christi non sufficiat, communi tamen quando apparet caro, vel sanguis, potest saltem aliquamdiu permanere temperamentum ad perseverantiam panis necessarium, & proinde practice potest iudicari Christi corpus aliquamdiu sub speciebus remanere.

Aduerte eo casu celebrantem sacerdotem non teneri sumere hostiam propter horrorem; immo D. Thom. infra quaest. 82. art. 4. ad 3. indicat non debere, quod etiam indicat Durand. Viç. supra, & alij. immo D. Thom. eadem responsione indicat non teneri aliam hostiam consecrare, cum dicat: *consulendum tamen esset sacerdoti quod iterato corpus & sanguinem Domini consecraret & sumeret*, quod etiam censent alij, Caiet. in dictum art. quaest. 82. Sotus dist. 13. quaest. 1. art. 4. in fine. nam Christus censetur eo casu dispensare, ne sacrificium aliter compleatur.

QUESTIO LXXVII.

De remanentibus in Sacramento accidentibus.

ARTICVLVS I.

Virum accidentia remaneant sine subiecto in hoc Sacramento?

AFFIRMAT; quod est definitum in Concilio Constantiensi sess. 8. in qua damnatur articulus 2. Wicleffi qui sic habet: *accidentia panis non manent sine subiecto in eodem Sacramento*. colligitur etiam ex definitione Concilij Trident. sess. 13. can. 2. in quo definitur in Sacramento Eucharistiae fieri conseruationem totius substantiae panis in corpore, & totius substantiae vini in sanguinem (scilicet Christi) manentibus duntaxat speciebus panis & vini. quibus verbis datur intelli-

gi accidentia remanere sine subiecto, quod & perpetuo sensu Ecclesia.

Probatur ratione, de fide est substantiam panis in hoc Sacramento non remanere, ut ostensum est quaest. 75. ergo accidentia non subiectionantur in illo: non possunt etiam dici subiectati in corpore Christi, cum habeant modum quantitatum per quem extenduntur in ordine ad locum, quo caret corpus Christi. 2. figura accidentium est plane improporcionata corpori humano, ergo non potest asseri illa inherere corpori Christi sine miraculo, quod non sequitur ex vi huius mysterij, & proinde non est asserendum. Accidentia non possunt etiam dici esse in aere circumstante, ut ostendit D. Th. in corpore, cum aer non sit naturaliter susceptiuus huiusmodi accidentium, unde non nisi miraculose illa susciperet, quod non est asserendum. adde aerem peli, dum species mouentur, ergo si gnum est eas non subiectionari in aere. ex quibus deducitur quod accidentia in hoc Sacramento remaneant sine omni subiecto substantiali, quod solum intendit hoc art. D. Th. nam qua ratione se habeant ad quantitatem, sequenti art. dicetur.

In solutione tertij & quarti argumenti tangit difficultates vel in Philosophia, vel in prima parte discutiendas.

ARTICVLVS II.

Virum in hoc Sacramento quantitas dimensua panis vel vini sit aliorum accidentium subiectum?

AFFIRMAT. probat 1. ex eo quod sensu appareat aliquid quantum esse coloratum. 2. quantitas est prima dispositio materiae, qua mediante cetera accidentia materialia insunt materiae; cum ergo substracto subiecto substantiali remaneant, dicendum remanere in quantitate, tanquam subiecto. tertia ratio petitur ex eo quod subiectum sit principium indiuiduationis ipsorum accidentium, cum ergo remaneant accidentia indiuidua, debet remanere aliquod subiectum principium indiuiduationis eorumdem, quod est quantitas. quæ ratio videtur difficilis, nam, ut omittam minus probari in Philosophia, quod accidens indiuiduetur per subiectum, constat accidens posse conseruari sine omni quantitate, quo casu erit idem numero, quod erat sub quantitate, & proinde ex eo quod quantitas sit principium indiuiduationis, non apte conficitur eam remanere, tanquam aliorum accidentium subiectum.

DVBIVM I.

Virum quantitas panis & vini remaneat in hoc Sacramento?

CONSTAT in hoc Sacramento aliquam quantitatem inueniri, quam verò ea sit videtur posse controuerti. aliqui asserunt esse quantitatem materiae panis, nam censent in vnoquoque composito materiali vnicam esse quantitatem inexistente proximè materiae, eamque efficientem, quæ sit causa cur sit extensa, & habeat partes extra se mutuo positas, sit etiam causa cur secundum naturalem rerum exigentiam nec se inuicem, nec rem aliam quantam vel quantitatem

Prob. ratio ne.

Resp. affir.

Ratio D. Th. videtur difficilis.

Quidā asserunt esse quantitatem materiae panis.

penetrent: consent etiam illi quantitati inesse cetera accidentia materialia, per quam formaliter extendantur, & habeant partes extra partes cum impenetrabilitate eo modo, quo materia. Hæc sententia statuit quantitatem realiter à materia distingui, & docet illam in hoc Sacramento repetiri, ita partim supponit, partim docet D. Th. hic, & communius grauiores Theologi.

4.
Alij volunt
manere
quantitatē
qualitatu.

Alij vero consent non remanere quantitatem materiam, sed qualitatum. hæc enim sententia statuit quantitatem vel solā ratione distingui à re quantā, prout ferè distinguunt Nominales, vel saltem tanquam modum à re (vt pauci alij) censetque non solam materiam habere suam quantitatem, verum etiam formas materiales, quarum quantitas remaneat in hoc Sacramento, pereunte quantitate materia: quia verò videtur difficile ostendere quomodo hæc qualitates inter se vniantur, quomodo se penetrent naturaliter, cum quantitas sit causa impenetrabilitatis, iuxta illam sententiam dicitur quod cum accidentia essent in eodem subiecto, non tantum vnirentur subiecto cui inexistebant, sed etiam quandam inter se vnionem haberent (quæ naturaliter dependet à priore) quam vnionem sublata priore retinent: quo fit vt iuxta illam sententiam qualitates in hoc Sacramento non censeantur dissolutæ, & vt vnā motā moueatur altera; fit etiam vt agens naturale operans circa illas non censeatur creare, quia operatur circa illud aggregatum habens se per modum subiecti.

Eorū fun-
damenta.

Saluatur in
eadem sen-
tentia pene-
tratio di-
mensionū.

Dicitur etiam penetrationem naturaliter impossibilem solum esse dimensionum non subordinatarum, quantitates verò subordinatas posse naturaliter se inuicem penetrare, huiusmodi autem esse quantitatem subiecti & accidentis illi inhaerentis, item quantitates duorum accidentium, quæ educuntur ex potentia eiusdem subiecti.

Conclus.
manere
quantitatē
materiae
panis.

Resp. & dico omnino verius est hic remanere quantitatem substantiæ panis seu materiae.

Probatur, faciendum est agens naturale operari naturaliter circa species, vt constat experientia; id autem non potest commode explicari, nisi dicatur remanere quantitas panis, quæ se habeat per modum subiecti. quod probatur, sublata quantitate panis solum remanent species inter se vnita, vt ponit secunda sententia; id autem non videtur villo modo sufficere ad saluandam actionem, quæ hic inuenitur: nam qualitas hic producta virtute agētis naturalis non potest naturaliter esse in rebus distinctis, nec est quod sine vllā necessitate & fundamento confugiamus ad miraculum; cum ergo species dicuntur calefieri, calor non potest dici produci in toto aggregato ex colore, odore, sapore, ita vt immediate insit singulis.

Confir. 1. cum accidentia inessent subiecto, accidens de nouo adueniens non dicebatur produci in aggregato accidentium, ergo nec debet dici produci in toto aggregato, quando eadem accidentia ponuntur extra subiectum substantiale, cum posita separatione præter vltimum subiectum substantiale omnia dicantur eodem modo fieri, quo fiebant, cum essent in subiecto, & agens operetur naturaliter & sine miraculo.

Coniunctio
accidentiu
inter se nō
tollit eorū
dem distin-
ctionem.

Confir. 2. vnio & coniunctio accidentium inter se non tollit eorundem distinctionem à se inuicem, nec tollit eorum pluralitatem, ergo non potest facere, vt vnum numero accidens ita producat in toto aggregato, vt insit singulis tanquam subiecto.

Ex his habemus accidens, quod producitur in speciebus consecratis, non produci in totā collectione, ita vt educatur ex potentia singularū partium illius aggregati. non potest etiam cum aliquo fundamento dici, quod producatur in vnā qualitate. statim enim petetur in quā & nihil solide poterit responderi, cum singulæ sint aquæ susceptiua. adde productionem alicuius accidentis interdum disponere ad dissolutionem totius temperamenti, quo casu ægrè potest concipi, in qua qualitate producatur.

Propter hæc omnino dicendum in hoc mysterio remanere aliquid vnum circa quod operatio agentis naturalis versetur, & quod suscipiat mutationes, dum species dicuntur calefieri, nigrescere, rarefieri &c. quod non potest esse aliud quam quantitas panis, cum non possit concipi esse quantitas accidentium, quia illa, vt pote solum modus, non potest esse subiectum, ex cuius potentia educatur accidens reale, nec potest esse subiectum, cuius aliqua habens physicam entitatem inhaereat.

Ex quo deducitur quantitatem panis & vini esse aliorum accidentium subiectum in hoc Sacramento, vt docet D. Th. hic, & quod circa alia accidentia nulla fiat immediata mutatio, sed retineant eundem modum existendi quem habebant in subiecto substantiali: inhaerent enim quantitati sicut prius, præter quam inhaerentiam nullum alium modum habebant, quo dicerentur inesse substantiæ. vnde quando in Sacramento Eucharistiæ producitur nouum accidens, producitur modo naturali per eductionem de potentia subiecti, eaque est causa cur agens naturale possit naturaliter operari circa species, quia quantitas supernaturaliter constituta extra subiectum est naturaliter susceptiua ceterorum accidentium, non minus, quam dum esset in subiecto, & agens naturale potest circa illam operari educendo accidens ex eius potentia.

Dices inter articulos Wicleff damnatur secundus, qui habet: *accidentia panis non manent sine subiecto in eodem Sacramento.*

Resp. solum damnari iuxta sensum authoris, qui volebat in Eucharistia remanere substantiam panis. vnde Concilium solum vult definire in Eucharistia non remanere vllum subiectum substantiale, seu quod tota collectio accidentium nulli substantiæ insit, quamuis ex eis aliquid rationem subiecti sortiatur respectu ceterorum.

Ex dictis vterius deducitur quantitatem realiter distingui à re quanta. & quamuis seposito mysterio Eucharistiæ ægrè appareat, quam realitatem adferat quantitas realiter à substantia distinctam, (nam ægrè concipitur, quid nouum reale physicum adferat extensio, quā partes extra se ponuntur cum quadam impenetrabilitate iuxta rerum exigentiam) tamen ex eis quæ in hoc mysterio contingunt, videtur apertè deduci quantitatem re distingui à re, quæ est quanta, & vnam esse quantitatem substantiæ, & accidentium, quā mediante illa omnia dicantur extensa, atque adeo nihil opus esse multiplicari quantitates pro numero qualitatum realium, quæ etiam ex eo capite apparent non constituendæ, quod ab alijs dicantur naturaliter se inuicem penetrare, quod videtur dictum sine legitimo fundamento.

Quæres, an sententia negans quantitatem re distingui, & quantitatem panis in hoc Sacramento

mento inueniri, aliquam censuram mereatur? Aliqui enim eam grauitus notant, quasi posito hoc mysterio esset aperte erronea.

Verum non videtur mereri, vt satis patet ex discursu Suarez disp. 56. sect. 1. conclus. 1. & ex his quae annotauit Lessius circa hunc articulum. nam ad doctrinam fidei circa hoc mysterium solum pertinet quod hic inueniatur quantitas; verum autem illa sit quantitas panis, an verò accidentium, nullo modo ad fidem pertinet, vel tanquam definitum, vel tanquam conclusio theologica deducta ex fidei principijs; sed ratio naturalis ex his quae contingunt, deducit longe verius esse quantitatem panis hic remanere, & quantitatem realiter distingui a re quantā.

Potes, an alia accidentia possint existere sine quantitate? Thomista, vt refert Sotus distinct. 10. quaest. 2. art. 2. §. *hinc ergo*, censent beatum Thom. existimare id nullā potentia fieri posse, quod tenet Aegidius ab eodem relatus. Sed non videtur posse merito dubitari quin Deus possit quodlibet accidens reale conseruare in rerum natura, non solum sine subiecto substantiali, sed etiam accidentali, ita Sotus supra, Scotus dist. 12. quaest. 2.

Non enim est ratio cur quantitas possit extra subiectum conseruari, & non possint alia, cum cetera accidentia sufficientem habeant entitatem, per quam possint terminare diuinam actionem & conseruationem, & Deus in operando non pendeat a subiecto.

Nec D. Thom. sentit contrarium, nam iuxta ipsum art. praecedenti, quantitas non minus pendet a materia in sui indiuiduatione, quam alia accidentia a quantitate, & tamen iuxta eundem quantitas potest existere sine materia, vt eodem art. docet.

DVBIUM II.

Verum ad hoc, vt quantitas permaneat sine subiecto, opus sit aliquo modo positiuo superaddito?

AFFIRMAT Caiet. art. 1. huius quaest. qui censet quantitatem per illum modum non minus naturaliter per se existere, quam substantiam.

Alij quamuis Caiet. non consentiant in omnibus, tamen modum per se censent necessarium. plures citat & sequitur Vasquez disp. 194. cap. 2. Suarez disp. 56. sect. 2. conclus. 2.

Alij negant, Scotus dist. 12. quaest. 1. §. *ad argumenta*, Sotus dist. 10. quaest. 2. art. 2. §. *propter hoc argumentum*, Lessius lib. 12. de perfectionibus diuinis cap. 16. num. 111. & alij.

Dico quantitatem in hoc Sacramento existere sine vilo modo superaddito, Deo illam conseruante.

Probatur, illa ratio existendi extra subiectum non videtur impossibilis, & est commodior, ergo dicendum quantitatem ita existere. prior pars antecedentis patet, quia nullam videtur dicere repugnantiam, quod Deus conseruet accidens sine vilo modo intrinsece superaddito, in quo enim haec repugnantia consistit? Secunda pars probatur, si sit possibile accidens existere extra subiectum sine vilo modo superaddito, vnicum est mi-

raculum si ita existat; si verò superaddatur modus, nouum miraculum adijcitur; ergo commodior est ratio existendi sine modo superaddito, cum non multiplicet miracula huius mysterio non necessaria.

Probatur 2. talis modus videtur impossibilis, nam est accidens, igitur ipsemet postulat inesse, & proinde non videtur posse tribuere accidenti, vt per se existat & nulli inesse.

Dices 1. substantia non potest existere sine modo existendi per se, vel modo existendi in alio, ergo similiter accidens non potest existere sine alterutro modo.

Resp. neglecto antecedente neg. consequentiam; si enim substantia sit modus positiuus, per quem res constituitur per se subsistens, non potest eo priuari quin alteri inexistat, & proinde habeat modum vnionis, quia non potest desinere per se subsistere, seu priuari suo termino naturali, nisi inexistendo alteri; accidens verò potest desinere inherere absque eo quod per se subsistat proprie.

Confir. quia substantia nulli inexistens habet statum naturalem, & proinde sibi connaturalem; accidens verò existens extra subiectum priuatur inherentiā, & est in statu praternaturali, pro quo nullo modo superaddito opus est.

Dices 2. sine tali modo quantitas non erit capax variarum mutationum, quas experientia docet circa species interuenire.

Resp. neg. assumptum, nam cum sit illarum capax per suam entitatem, supposita conseruatione sui extra subiectum, non minus potest eas recipere ab agente naturali, quam cum inhereret subiecto; quemadmodum calor existens sine subiecto non minus potest naturaliter calefacere, quam cum subiecto inhereret, itaque supposito miraculo, quo quantitas conseruatur extra subiectum, etiam nullo modo superaddito reliqua naturaliter hic contingunt, & longè melius explicantur, quam per ea, quae ponit Caiet. quae sunt parum probabilia & intelligibilia.

Dices 3. D. Th. hac quaest. art. 1. ad 4. videtur sentire talem modum superaddit quantitati, cum dicat accidentia, quae remanent post consecrationem, esse composita ex esse & quod est.

Resp. neg. assumptum, & dico loco citato posse commodè explicari, quod solum velit assignare accidentibus separatis quandam cum substantia similitudinem, quod in genere accidens a substantia separatum aliquo modo sit per se, & cum antea alteri inesset, iam sit id quod est, quod fieri posse sine superaddito, ostensum est.

Contra, naturalis esset per illum modum.

Resp. accidens separatum esse in statu violento, & proinde non esse opus modo superaddito (siue sit possibilis, siue non) vt dicatur naturalius existere. Adde neque admissio tali modo posse dici naturalius existere, tum quia existit auulsum a subiecto, in quo vim patitur, tum quia modus esset illi supernaturalis, per quem proinde non potest reduci ad statum naturalem, tum quia existit modo proportionato substantiae, & per consequens minus conformi suae naturae.

DV BIVM III.

Utrum quantitas conseruetur eadem actione extra subiectum, quâ conseruabatur in subiecto?

10.

IDEM proportione intelligendum de quolibet accidente reali, si diuinâ potentia poneretur extra omne subiectum, etiam quantitatem, in quo dubio

Quidâ affirmant si non pedit à subiecto vt causa efficiens.

Aliqui partem affirmatiuam tenent, quando accidens non pendet à subiecto tanquam causa efficiens, si enim subiectum effectiue concurrebat, certum est opus esse nouo influxu, vt forma extra illud à solo Deo conseruetur; si verò nullam causalitatem effectiuam exercebat, vt quid alio influxu opus erit?

Plerique negant.

Sed plerique censent conseruari aliâ actione in subiecto, & alia extra subiectum, quâ sententia videtur verior.

Negatiua defenditur.

Probatur 1. si accidens primò produceretur extra subiectum, eius productio differret à productione, quâ produceretur in subiecto, illo materialiter concurrente; cum prior actio sit creatio, vel creationi omnino similis, posterior verò differat essentialiter à creatione, nec cum eâ habeat similitudinem, ergo etiam conseruatio accidentis extra subiectum, & conseruatio in subiecto materialiter concurrente differunt, cum vel conseruatio sit idem in re, quod prima productio, vel saltem proportione respondeat, & proinde quando primæ productiones differunt, conseruationes illis respondentes debeant differre.

Eadem est actio, quâ producitur entitas, & vnitur subiecto.

Probatur 2. actiones & conseruationes specificantur à terminis ad quos, & ubi tales termini sunt diuersi, etiam actiones distinguuntur; ergo actio eductiua, & non eductiua differunt, cum habeant terminos totales distinctos. quod ostenditur, quando aliquid producit in subiecto dependenter ab illo, tanquam causâ materiali, ex quâ educitur, vna eademque est actio, quâ producitur entitas, & vnitur subiecto, ita vt forma cum suâ inherentiâ producat: nam formam educi de potentia alicuius tanquam causæ materialis, nihil est aliud, quàm produci cum intimâ sui vnione, & inexistencia in alio, à quo tanquam receptiuo dependeat, ita vt nihil possit dici educi ex alio, cui intime non vnitur, nec quidquam possit exerce-re causalitatem causæ materialis, respectu alicuius formæ, nisi eam in se recipiat, ex quo patet huiusmodi actionem habere pro totali termino formam cum sui vnione, & proinde habere terminum totalem distinctum ab actione non eductiua, quæ respicit solam formam pro termino.

Confir. productio animæ rationalis distinguitur ab actione eius vnitiuâ, ergo similiter dicendum productionem, vel conseruationem formæ non vnitiuam differre à productione vnitiuâ eiusdem formæ.

Ex quo patet ad hoc, vt nouus concursus Dei requiratur ad alicuius rei conseruationem, non esse necesse, vt aliqua causa particularis effectiue concurrerit, cuius concursus pereat, & sit sup-
plendus.

ARTICVLVS III.

Utrum species, quæ remanent in hoc Sacramento, possint immutare aliquid extrinsecum?

AFFIRMAT, quod patet experientia. Ratio est quod species suam entitatem actiuam retineant, & per separationem suâ à substantia non acquirant quidquam impediens quod minus agere possint, ex quo oritur, vt idipsum possint separata, quod poterant per virtutem sibi intrinsecam, dum recumberent in substantia, mediante quantitate: quod etiam fuit conueniens, vt præsentia corporis Christi sub ipsâ speciebus te-geretur. ex his patet quod possint mutare exteriora corpora.

Circa responsionem ad 2. Aduerte D. Th. non velle vim aliquam nouâ diuinâ virtute speciebus communicari, vel præexistentem augeri, vt possint agere, sed eo ipso, quo diuina virtute existunt sine substantia, eis dari vt possint agere conformiter suæ naturæ, quam retinent.

Ex hoc deducit D. Th. responsionem ad 3. species etiam separatas posse tanquam instrumenta substantiæ, cui inerant, producere substantialem formam; cuius doctrinæ veritas pendet ab ea quæst. num accidens possit producere substantiam in virtute & tanquam instrumentum substantiæ, de quo in Physicis tractatur.

Hic queri posset quando species sacramentales alterantur, à quoniam reducuntur ad statum naturalem, v. g. si nimium frigeant, rarefiant, à quo reducuntur ad pristinam temperiem & densitatē.

Resp. reduci à Deo suppletore defectum causæ secundæ seu formæ substantialis, quæ si adesset, nata esset sese ad statum naturalem reducere.

ARTICVLVS IV.

Utrum species sacramentales possint corrumpi?

AFFIRMAT, quod patet experientia, quæ constat species consecratas calefieri, putrefieri vsque ad dissolutionem temperamenti. Ratio ex dictis potest elici: constat enim qualitates retinere suam entitatem, & existere in hoc Sacramento, modo quantitatio: possunt ergo per agens naturale destrui, & corrumpi per eductionem contrariarum qualitarum ex potentia quantitatis.

Est autem notandum posse duobus modis esse terminum corruptionis, primò per se, & directè, vt cum agens introducit qualitatem directè repugnantem ei, quæ destruitur. 2. ex consequenti, quæ admodum enim quando accidentia existunt in substantia, contingit aliqua per se, & directè destrui, aliqua verò interdum per accidens & ex consequenti ad destructionem subiecti, vt cum ita alteratur subiectum, vt eius forma sub illo statu non possit permanere, contingit eius proprietates corrumpi ex consequenti ad destructionem subiecti: ita in speciebus consecratis potest accidere vt aliquando qualitates directè & per se corrumpantur, aliquando per accidens, vt cum tanta est aliquarum alteratio, vt si adesset substantia panis, non posset sub eo statu remanere, tunc enim eius pro-
prietates

prietates corrumpuntur. & quidem in alijs accidentibus realibus facile explicatur, cum enim, supposita quantitate permanentia, satis appareat remanere subiectum, patet quomodo illa dicatur corrumpi: destruitur enim remanente subiecto, cui inerat. in ipsa vero quantitate res est difficilius, quae expeditur quidem, si dicatur quantitatem semper remanere, si vero destruitur, ut asserunt communiter Thomistae, difficultas est, cum non possit hanc destrui nisi per annihilationem, nam, ut supponitur, nihil eius remanet, non remanet etiam subiectum, cum quantitas panis, quae reperitur in hoc Sacramento, nullum habeat subiectum.

Nec dici potest quod non annihilatur, quia conuertitur in aliud; quia quantitas panis non perit, ut aliud fiat, sed quia tanta est alteratio in speciebus, ut substantia panis sub illis non remaneret, & proinde etiam eius quantitas destruitur.

Dices, quamuis nullum reipsa habeat subiectum, habet tamen illud esse, quod habebat in materia, & ideo potest corrumpi & non annihilari, ita videtur tacite discurre D. Th. in corpore, & in solutionibus argumentorum. sed id non videtur sufficere, quia si Deus ita desineret conservare quantitatem separatam a substantia, vere annihilaretur, ergo & c. unde etiam in hoc casu quantitas erit dicenda annihilari, ut etiam censet Dur. dist. 12. quaest. 2. in fine, nec tantum illa, sed etiam proprietates, & alia, si quae consecutivae pereant, immo & accidens, quod dicitur & per se destruitur, cum enim sit unum & idem instans, quo hoc definit esse, & quo desinunt tam alia, quam quantitas, nullum dici potest destrui corruptione strictae sumptae prout opponitur annihilationi, propter quae sententia, quae asserit manere quantitatem, apparet probabilior.

ARTICULUS V.

Utrum ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari?

CONSTAT experientia species alterari & corrumpi, item vermes vel similia speciebus corruptis generari: difficile vero videtur ostendere, quia ratione id fieri possit, cum nullum subiectum substantiale in hoc mysterio remaneat, ex quo virtute agentis naturalis forma substantialis educatur; itaque

D V B I V M.

Qua ratione ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur?

ALIQUOT hac de re sententias improbat D. Th.

Prima est eorum qui dixerunt ea, quae generantur, non fieri ex speciebus sacramentalibus, sed ex aere circumiacente; quod improbat, quia aer circumstant non alteratur, sed species, id autem, ex quo aliud generatur, debet alterari. aliae rationes videri possunt in textu.

Secunda est dicentium redire substantiam panis, ex qua generantur vermes & c. quam tenet Innocent. 3. lib. 4. de missa cap. 11. Alensis 4. parte quaest. 40. memb. 2. art. 4. §. 2. Bonau. in 4.

dist. 12. art. 2. quaest. 1. quam improbat, quia substantia panis non posset redire, nisi conversione corporis Christi in ipsam, quod est impossibile. 2. si rediret substantia panis, id fieret, vel quia ponerentur accidentia, quae naturaliter postulat forma panis, vel non ponerentur; neutrum dici potest, nam forma panis non potest naturaliter poni sine suis proprietatibus, quamdiu vero post consecrationem inveniuntur accidentia, sub quibus forma panis nata esset manere, tamdiu sub ipsa remanet Christi corpus, ex qua ratione patet hanc opinionem ponere aliquid naturaliter impossibile, de qua naturali impossibilitate debet etiam prior ratio intelligi, ut sit efficax, & ita intelligit Caiet. hic Sotus dist. 10. quaest. 2. art. 5. §. 2. *Secundum ergo.*

Tertia sententia est, quod primo instanti, quo non sunt species, de novo creetur materia panis; quod improbat ex eo quod id non possit fieri sine miraculo non necessario consequente consecrationem. his reiectis

Respondet D. Th. aliquid generari ex speciebus sacramentalibus, eo quod per consecrationem detur quantitati, quod sit subiectum formarum, quod est proprium materiae; & ideo ex consequenti eidem detur id quod ad materiam pertinet, & proinde forma substantialis possit educi ex quantitate, sicut poterat ex materia, iuxta quam sententiam, posito primo miraculo, quo quantitas constituitur extra subiectum, reliqua dicuntur naturaliter fieri, non minus, quam fierent si materia adesset, quia, ut responsione ad 1. quantitas supplet vicem materiae, & ut responsione ad 3. miraculose accipit vim & proprietatem substantiae, quae sententia est difficilis, unde valde laborant Thomistae in ea explicanda & defendenda.

Caiet. hic dicit quantitatem, quae in Sacramento fuerat vice materiae, primo instanti, quo desinunt species necessariae, ut Christi corpus sub ipsa remaneat, fieri materiam, quod si intelligatur quod eadem entitas sit modo quantitas, modo materia, est opinio inconceptibilis, nullo enim modo fieri potest, ut una, eademque quantitas physica modo sit accidens, modo substantia, modo secundum exigentiam naturalem sit primum subiectum omnium formarum materialium, modo vero sit forma naturae suae postulans alteri inherere.

Sotus dist. 10. quaest. 2. art. 5. §. 3. *igitur tertio modo,* interpretatur D. Th. quod solum velit produci ex quantitate materiam, quae explicatio est improparum conformis menti S. Thom. nam ex eo quod materia quanta produceretur, pereuntibus sacramentalibus speciebus, immo & ipsa quantitate, non posset dici materiam non creati, neque dici posset, quod quantitas in hoc Sacramento existens suppleat vices materiae, & miraculose fortiatur proprietates substantiae, & quod ex quantitate existente in Sacramento generetur quicquid potest generari ex materia, praeterea D. Thom. in corpore, postquam dixisset probabilem esse sententiam, quae asserit creati materiam, subdit tanquam probabilius quod ex ipsa met quantitate habente vicem materiae generetur substantia.

Propter haec & similia plerique Thomistae censent D. Th. existimasse formam substantialem generari ex quantitate, velut ex subiecto, sicut explicimus. Ferrarjensis lib. 4. contra gentes cap. 66. §. quod autem adducitur.

Verum id non potest commodè dici, quia forma substantia-

Caiet.

Sotus.

Tertia sententia.

14.

Responsio D. Th.

Difficultatem patitur & in ea explicanda laborant Thomistae.

Sotus.

Interpretatio Soti.

15.

Thomistarum doctrina in proposito non placet.

substantialis nec educitur ex potentia quantitatis, nec ei vnitur, sed materia, ex cuius potentia educitur.

Secundò quantitas est accidens, quæ proinde non potest concurrere cum formâ substantiali ad vnum per se, ita vt ex illâ, & formâ productâ fiat vnum substantiale compositum. nec satisfit si datur proprietatem materiæ communicari quantitati, quia non potest intelligi quid sit illa proprietas, & quâ ratione sit causa, cur ex quantitate & formâ productâ fiat vnum per se nam quantitas concurrat ad constitutionem compositi secundum exigentiâ suâ naturâ, cum ergo sit forma accidentalis, non potest constituere vnum per se, cum formâ substantiali. Confir. concurrat ad constitutionem compositi seipsam tribuendo, igitur constituit compositum iuxta suam naturâ conditionem, & proinde tanquam forma accidentalis, atque ita compositum per accidens.

Tertiò iuxta Thomistam in interitu perit quantitas, quâ ergo ratione dici potest se habere per modum subiecti ex quo producatur forma substantialis, & producatur substantia?

Quartò vermis genitus ex speciebus videtur omnino dicendus eiusdem speciei cum alijs vermibus habentibus consimiles dispositiones, ergo partes intrinsecè constituentes sunt eiusdem rationis; materia autem, & quantitas sunt planè distinctæ naturæ, & essentiæ, quæ diuersitas non tollitur, eò quòd quantitati tribuatur proprietas materiæ.

Videtur igitur dicendum aliquid ex speciebus sacramentalibus hoc modo generari, quòd quando alteratio specierum eo vique processit, vt sub illis desineret conseruari substantia panis, Deus creet materiam sub quantitate & dispositionibus ab agente naturali introductis, tum eodem temporis instanti forma substantialis educatur ex eadem materia, vel ab agente naturali si adsit, vel à Deo suppleto defectum causæ particularis, atque ita generetur substantia.

Hic modus patet partim ex reiectione aliorum, partim ex eo quòd, cum in mysterio Eucharistie non sit dicendum materiam corporis Christi privari suâ formâ per agens naturale, cum corpus gloriosum non possit pati ab agente naturali passione corruptivâ, nec etiam possit pati naturaliter, prout est in hoc Sacramento, non possit dici aliquid generari ex materia corporis Christi se habente subiectivè, nec alia materia hic inueniatur, ideo dicendum materiam produci, quando dispositiones nouam substantiam exigunt. si militer cum accidens non soleat esse sine subiecto extra hoc mysterium, neque materia soleat existere sine accidentibus, dicendum quantitatem cum accidentibus introductis vniri isti materiæ. tertio cum nec materia, nec accidentia existant sine formâ substantiali, dicendum produci formam substantialem, & quidem conformiter naturis rerum per educationem si sit materialis, & per agens naturale si adsit, aliàs per Deum tanquam causam vniuersalem suppletent defectum causæ particularis.

Quòd creetur materia, communis tenent Doctores teste Soto art. citato §. *in hilemimus*. tenet Scotus dist. 12. quæst. 6. §. *dico ergo*. Dur. dist. 11. quæst. 2. art. 2. & multi alij.

Secundam partem ponimus iuxta sententiam probabilem, quæ tenet quantitatem, similiter & accidentia disponentia ad formam introductionem

remanere introductâ formâ geniti.

Tertiam partem ponimus, quia, suppositâ materiæ existentia sub prædictis dispositionibus, iuxta exigentiâ naturæ, forma produci debet, potestque ab agente naturali, si adsit.

Confir. suppositâ institutione Sacramenti, & Dei voluntate, quâ decreuit, vt propter fidei meritum non perciperetur sensu existentia Christi sub speciebus, sequitur vt, quantum fieri potest, agens naturale eodem modo operetur, quo operaretur in materiâ: quemadmodum ergo eo casu virtute naturali produceret formam in materiâ eam educendo ex potentiâ materiæ, si sit materialis, ita in præsentī dicendum agens, quòd ponit huiusmodi dispositiones, introducere formam in materiam dispositam.

Contra hanc partem instat Vasquez disp. 195. cap. 3. agens non potest inducere formam in materiam, nisi illam præuijs dispositionibus aptet; unde censet agens naturale non posse in præsentī formam inducere in materiam, sed eam à solo Deo produci ex priori voluntate, quâ voluit mysterium corporis Christi latere sub speciebus.

Resp. agens naturale virtualiter hic aptare materiam, ita enim verifatur circa quantitatem, vt, si ea esset in materiâ, per huiusmodi actionem materia aptaretur ad receptionem formæ. unde in præsentī dicendum materiam substituendam posse dici hoc sensu aptari, quòd eodem instanti, quo erit, virtute illarum dispositionum exiget talem formam. Confir. idem dicendum, etiam si dicamus Deū producere formam; suppositâ enim priori voluntate, quâ positis talibus dispositionibus non vult Christi corpus sub illis conseruari, dicendum est introducere talem, vel talem formam iuxta exigentiâ dispositionum, quibus eodem momento, quo existit materia, censetur præparata ad formæ receptionem; vel certè dicendum præter rerum existentiam pro nudâ voluntate introducere talem formam specie, quòd non videtur probabile.

Contra, materia prius recipit formam, quam accidentia.

Resp. neg. assumptum. prius enim natura in illâ inuenitur vltima dispositio ad formam, quam receptio formæ, licet vtraque simul tempore ponatur.

Contra id quòd dictum est materiam creaturam militare ratio D. Th. Sed dicendum creationem materiæ aliquo modo consequi institutionem huius Sacramenti, atque adeò non debere censeri nouum miraculum; nam suppositâ voluntate ponendi occultè Christi corpus sub speciebus, & non conseruandi, si dispositiones necessariz ad conseruationem panis pereant, conformiter naturis rerum sequitur, quòd alia substantia sub dispositionibus introductis ponatur, cumque non subiecta materia, neque illa possit virtute alicuius agentis naturalis produci, sequitur quòd producatur à Deo per creationem, neque audiendus est Sotus qui §. *quod si arguas*, dicit, agens naturale, suppositò miraculo quòd quantitas per se subsistat, eam corrumpendo producere materiam.

Vtrum eadem materia secundò creetur, incertum est; verisimile tamen est quòd sic, vt materia in primâ rerum productione creata hoc modo restitatur.

16.

Resolutio
Auctori.Deus creat
materiam
sub quanti-
tate & dis-
positioni-
bus ab agē-
te naturali
introduc-
tis
&c.Scot.
Durand.

ARTICVLVS VI.

*Virum species sacramentales possint
nutrire?*

RELECTA quorundam sententia dicentium species sacramentales solum confortare odore, dum alterantur.

Respondet affirmatiue, quod experientia constat. Porro hic eodem modo philosophandum, quo superiori articulo, scilicet quando species sumptae ita alterantur, ut substantia panis sub illis esse definiet, creari a Deo materiam sub quantitate & dispositionibus aptis ad formam alii recipientem, quae eodem instanti coniungatur materiae alteri, & eius formae, vel per educationem formae ex illa parte materiae, vel per unionem si sit anima rationalis.

Ex his patet quod & quomodo homo possit inherere ex speciebus vini consecratis, speciebus vi caloris naturalis ita alteratis, ut naturaliter definiet substantia vini (si adesset) quo casu creatur materia, simulque educitur forma, quae eo casu educeretur ex materia vini.

Ex quibus ulterius apparet nullo modo requiri, ut substantia panis vel vini remaneat in hoc Sacramento, ut dicamur ex illo sustentari, nutriri &c. ad enim fieri potest ratione specierum, modo a nobis explicato.

ARTICVLVS VII.

*Virum species sacramentales frangantur
in hoc Sacramento?*

AFFIRMAT; quod patet experientia, quia species antea continue discontinuantur; corpus tamen Christi secundum se non frangitur, quia est totum in singulis partibus, & non est modo quantitativo, quod si dicatur manibus sacerdotum frangi, sicut compulsum est fateri Berengarius, id dicitur denominatione extrinseca ratione specierum, sub quibus latet, videri potest D. Tho. responsione ad 3.

ARTICVLVS VIII.

Virum aliquis liquor possit vino consecrato commisceri?

AFFIRMAT; patet experientia, quae constat species consecratas posse quoad locum commisceri cum aqua, vino, vel alio liquore, idque vel sine alteratione, vel cum alteratione vini, vel utriusque partis, ubi

Aduerte 1. si tanta sit specierum alteratio, ut, si adesset vinum, non remaneret sub iis ita alteratis, neque Christi sanguinem sub iisdem remansurum iuxta receptam Theologorum doctrinam in superioribus probatam, remansurum vero, si alteratio non eo usque procedat, est contra verum si actiuitate specierum liquor admixtus ita alteretur ut destruantur dispositiones necessariae ad conseruationem formae substantialis, producendam substantiam ad cuius formam inducitur apta dispositiones. unde si species consecrata in corpore admixto producat

qualitates aptas ad introductionem formae vini, producat vinum, non autem sanguis Christi, qui sola consecratione ponitur, non autem virtute agentis naturalis.

Aduerte 2. liquorem admixtum non permisceri cum sanguine Christi existente sub speciebus, quia sanguis totus est in qualibet parte, & proinde non diuiditur neque eius partes interponuntur partibus liquoris admixti, quod ad mixtionem requiritur.

Solum ergo species miscentur, quarum quantitas diuidi potest, & liquori interponi neque solum sanguis Christi miseri non potest liquori, sed nec proprie continuatur, quia non ita adungitur liquori, ut vnum cum illo confluet, cum liquor & sanguis sint plane distincti suppositis.

Ex dictis patet quod quantitas sanguinis Christi non possit continuari cum liquore adiuncto, eiusque quantitate, quantitatem vero specierum posse continuari cum quantitate liquoris verius est, & indicat D. Tho. ad 2. Confr. si ea quantitas esset in subiecto, posset continuari cum alia, v. g. si vinum vino misceretur, fiet vnum vinum & vnum totum, atque adeo duae quantitates coibunt in vnam per unionem, ergo etiam possunt continuari quantitates, quarum vna est in subiecto, altera extra subiectum, quia illa, quae est extra subiectum, non ideo perdit aptitudinem, ut possit cum altera miseri & vnam quantitatem constituere. restat difficultas de eo quod docet D. Tho. in hoc art. itaque

D. V. B. I. V. M.

An per solam commixtionem vini non consecrati cum speciebus consecratis, absque alia alteratione possit sanguis Christi definere esse in hoc Sacramento?

ITA censet D. Tho. hic dicens: Si fiat tanta permixtio liquoris cuiuscumque, quod perveniat ad totum vinum consecratum, non remanebit ibi sanguis Christi. Censet ergo quando liquor ita pervadit species consecratas, ut illas diuidat in minimas partes, tunc definere sub illis esse Christi sanguinem, quia posita tali permixtione exurgit aliquod tertium compositum ex utroque. idem dicit de parua adiunctione alicuius liquoris, quae per totum non diffunditur, sed tantum usque ad aliquam partem, quod scilicet sanguis Christi definat esse sub ea parte, quae sententia est difficilis, unde varij, ut eam defendant, varia dicunt parum consentanea discursui beati Thomae.

Palud. dist. 12. quaest. 5. art. 2. censet si vinum, quod infunditur, non possit facile commisceri, quia est crassioris substantiae, non statim definere Christi sanguinem sub speciebus (idem dicendum si species consecratae sint crassiores) si vero tam vinum infusum, quam species, sint ita subtilia, ut facile possint se invicem penetrare, & miseri per minimas partes, eo casu dissolui species & Christi sanguinem definere sub illis existere. Sotus dist. 10. quaest. 2. art. 8. §. ad hoc verò, censet sancti Thomae sententiam solum intelligendam conditionaliter, si videlicet species in minimis partibus interficerentur, id tamen esse impossibile. Alij aliter explicant.

Hinc aliorum sententia est Christi sanguinem nunquam definere esse sub speciebus vini propter solam mixtionem communi modo fieri solitam

Liquor admixtus non misceatur cum sanguine Christi.

Sola species misceantur. Liquor & sanguis proprie non continuantur. Coroll.

21. Affirmat D. Thom.

Palud.

Sot.

22.

Sententia negans.

P p

per

per partium diuisionem & mutuam penetrationem non accedente specierum mutatione, seu alteratione cum qua substantia vini sub iisdem desineret esse.

Probatur.

Probatur, sanguis Christi tamdiu remanet sub speciebus consecratis, quamdiu illae manent sensibiles, ut apud omnes receptum est, & tradit frequenter D. Tho. in his quaestionibus; non obstante autem diuisione, & permixtione cum alio liquore, species possunt remanere sensibiles.

Confirm. si vinum vino solum misceatur secundum locum, non eo ipso mutatur vini substantia, ita ut exurgat aliquod tertium distinctae speciei, & naturae, sed solum fit aliquid maius intra eandem speciem, quo non obstante remanet substantia utriusque vini; ergo si species vini consecrati misceantur, v. g. rubri vino rubro, non eo ipso desinet Christi sanguis sub eis manere. unde discursus D. Tho. videtur deficere, & aliquo modo repugnare experientiae. certe si quid probet, non tantum probat, quando species diuiduntur per partes minimas, sed etiam quando fit mixtio seu coagmentatio per partes maiores, quia semper verum est quod suo modo exurgat aliquod tertium. similiter ex eo discursu sequitur quod quando species panis vel vini diuiduntur, non remaneat corpus & sanguis Christi, quantumvis post diuisionem remaneant sensibiles, quia non remaneret vnus panis & vnum vinum, sed duo. sequitur etiam non remanere Christi sanguinem sub speciebus vini consecratis, si species duorum calicum mittantur in vnum, quae aperte constat esse falsa.

Ratio D. Thom. est inefficax.

Dices id posse esse verum, si mixtio, & penetratio fiat per partes maiores, non verò si per minimas, hoc enim casu dici potest non remanere Christi sanguinem, & de eo potest intelligi D. Tho. sententia.

Resp. 1. sanctum Thomam non posse ita intelligi, cum eius discursus fundetur in eo quod ex mixtione exurgat tertium, quod habet locum etiam si duo liquores eiusdem speciei inter se misceantur in partibus magnis.

Resp. 2. si permixtio in minimis partibus sit impossibilis, D. Tho. non posse de ea intelligi sub conditione, cum ponat duos modos practicos, quibus Christi sanguis possit desinere esse sub speciebus, & qui recipi possint.

Resp. 3. etiam si mixtio fiat in minimis, remanere sanguinem, pro quo

23.

Notandum quod licet forte daretur minima pars in homogeneis, sub qua seorsim sumpta forma posset existere, ita ut non posset existere sub minori (quod tamen multi negant, & per se loquendo, & praecisa actione extrinseca videtur verius) non detur tamen minima inexistens, ita ut etiam sub minori coniuncta non posset forma perseverare, sed quantumvis parua concipiatur, posse adhuc sub minori in continuo permanere, quantumvis ergo duo vina rubra v. g. sibi inuicem misceantur in partibus paruis, & se inuicem peruadant, potest utriusque substantia, & forma permanere, quia semper sibi inuicem vniuntur ad conflandum vnum continuum. porro in tali continuo non est pars quae non sit sensibilis sensibilitate totius, unde licet dari posset pars tam parua, quae separata non remaneret sensibilis, non tamen datur coniuncta; ex quo patet ex parte sensibilitatis nihil obstat, quo minus sanguis remaneat

post huiusmodi mixtionem in partibus minimis specierum consecratarum.

Confirm. si duo vina ante consecrationem ita commiscerentur, posset vinum ita consecrari, ut qualibet pars esset consecrata; ergo species ante consecrationem consecrationem retinebunt, non obstante tali permixtione: quod enim non obstat consecrationi futurae, non potest obstatere factae.

Ex his infero 1. quod si species consecratae vini rubri misceantur vino rubro eiusdem speciei non consecrato, Christi sanguis non desinet sub speciebus consecratis existere.

Probatur, non desinet alteratione specierum, quia vinum rubrum per sua accidentia non potest alterare species vini eiusdem speciei alteratione saltem corruptiua: quod addo, quia si forte sit potentius, bene potest pericere in odore, sapore &c. non etiam propter mixtionem, quia ea sola non sufficit, ut sanguis desinat existere sub speciebus consecratis.

Infero 2. idem dicendum, si species consecratae vini rubri aliis speciebus vini rubri eiusdem speciei consecratis misceantur, propter eandem rationem. quod de quibuscumque aliis inter se specie conuenientibus est intelligendum. unde, si omnia vina conueniant inter se specie infima, nulla eorum permixtio, v. g. albi cum rubro, Hispanici cum Rhenano tollit consecrationem specierum, vel faciet, ut Christi sanguis, qui sub speciebus certi vini latebat, desinat sub illis existere, v. g. si misceantur species consecratae vini Rhenani cum vino Hispanico consecrato, vel non consecrato, non desinet Christi sanguis esse sub speciebus.

Probatur, quia quantumvis aliqua species alterentur ab aliis, vel ab alio vino, tamen ex supposito nunquam ita alterabuntur, ut si vinum esset sub iisdem periret, ergo neque desinet sub illis Christi sanguis existere.

Confirm. nulla alteratio proveniens ab agente extrinseco sufficit, ut desinat sanguis existere sub speciebus consecratis, nisi sufficiat per modum dispositionis ad expulsiorem formae vini praexistens, ergo nec sufficit alteratio proveniens a vino permixto vel eius speciebus, nisi perducere possit ad destructionem vini si esset sub speciebus. Si verò vina inter se differant, ut aliquorum fert opinio

Infero 3. si species consecratae vini certae speciei misceantur cum vino alterius speciei, & ita alterentur ab eo, ut substantia prioris non posset remanere sub illis speciebus, neque sub iisdem remanebit Christi sanguis; idemque proportione dicendum quando species consecratae permiscetur cum speciebus consecratis vini alterius speciei, quia non remaneret entitas vini, cuius ita alterantur species.

Dices ex speciebus ita alteratis generaretur vinum, ergo sanguis Christi potest remanere.

Resp. neg. consequentiam, quia vinum procreandum non est eiusdem naturae cum priori, sed diuersae; unde cum illud prius verè corrupteretur si praexistere, sequitur non remansurum sanguinem succedentem vino, quod in dicto casu non remaneret.

Quia verò nondum satis constat, verum vina inter se specie infima conueniant, diligenter ab eiusmodi mixtione cauendum, quia merito dubia redderetur existentia sanguinis Christi sub aliqua parte

parte specierum, quod non contingeret sine maximo miscantis sacrilegio, quæ autem vina inter se differant specie, (supposita sententiâ, quæ asserit differre) non ita facile iudicari potest, sed ex variis proprietatibus & effectibus planè distinctis potest aliquo modo colligi.

Ex dictis facillè patet responsio ad rationem S. Tho. quod scilicet non qualibet mixtio secundum locum sit causa corruptionis miscibilium, ex qua exurgat tertium distinctæ naturæ ab illis quæ miscentur, vni autem aliquorum non tollens naturam, & entitatem vini, non sufficit ut sanguis definat esse sub speciebus antea consecratis, licet aliquo modo mutetur denominatio.

Petes quid dicendum de casu posito à Soto supra, scilicet, si in vas vini non consecrati immittatur vna gutta vini consecrati eiusdem speciei?

Resp. non perdere suam consecrationem, unde si possit citò extrahi extrahendam & in sacros usus deputandam, reliquum verò vinum possit in usus communes conuerteri, quo verò casu non potest facile discerni, & extrahi, totum deputandum in usus sacros, de quo casu posteriori aliquos intelligo, qui indistinctè loquuntur, est contra Sotum qui existimat vinum tanquam commune habendum.

QUESTIO LXXVIII.

De forma Sacramenti Eucharistiae.

ARTICVLVS I.

*Utum hæc sit forma huius Sacramenti:
Hoc est corpus meum, & Hic est
calix sanguinis mei?*



QUESTIO intelligitur de formâ Sacramenti in fieri seu consecrationis: cum enim hoc Sacramentum consistat in re quadam permanente, nimirum in corpore & sanguine Christi, & speciebus, constat prædictas formas non posse esse, vel dici illi intrinsecas, sed eatenus dici formas, quod sunt formæ, quibus hoc Sacramentum conficitur.

Conclusio D. Tho. est affirmatiua, quia per prædictas formas optime significatur præsentia corporis Christi sub specie panis, & præsentia sanguinis sub specie vini, quæ in hoc Sacramento ponuntur.

Aduerte ex eodem, discerni inter ministrum huius Sacramenti & aliorum, quod minister in aliis Sacramentis operetur propriam personam representans, quamvis potestate à Deo acceptâ, in Sacramento verò Eucharistiæ conficiendo profertur verba in personâ Christi, in cuius personâ materiam consecrat, illam in aliam rem conuertendo.

DUBIVM I.

Qua ratione Christus Dominus hoc Sacramentum consecrerit?

PLURES hæc de re sunt sententiæ.

Prima est Innocentij lib. 4. de sacro altaris mysterio cap. 6. circa finem, ubi ait, dici posse quod Christus virtute diuina confecerit, & postea formam expressit sub qua posteri benedicerent. quibus verbis significat Christum ex potestate excellentiæ hoc Sacramentum confecisse absque vllis verbis, quamvis postea ea protulerit, quæ futura erant forma, quâ consecratio perficeretur. pro quâ sententiâ varij citantur.

Secunda opinio apud D. Tho. responsione ad 1. asserit Christum consecrasse verbis nobis ignotis.

Tertia apud eundem censet Christum verbis consecrasse, & quidem iisdem quibus iam sit consecratio, sed ea bis pronuntiasse, semel secretò ad consecrandum, postmodum manifestè ad instruendum.

Communissima Theologorum sententiâ docet Christum verbis consecrationem perfecisse, & quidem nobis notis, iisque semel tantum prolatis, pro qua

Dico 1. Christus in confectione huius Sacramenti verbis usus est.

Probat ex Trident. sess. 13. cap. 1. *Maiores nostri omnes, quotquot in verâ Christi Ecclesiâ fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, aperitissime professi sunt hoc tam admirabile Sacramentum in ultimâ cenâ Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis vniue benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem deferri, ac perspicuis verbis testatus est, quæ verba à sanctis Evangelistis commemorata & à Diuo Paulo postea repetita, cum propriam & apertissimam significationem præferant, secundum quam à Patribus intellecta sunt. Quibus verbis Concilium grauissimè tradit hoc Sacramentum, institutum fuisse his verbis, quibus Christus testatus est suis discipulis se corpus & sanguinem suum præbere, quæ verba traditab Evangelistis relata. Idem Probat ex Canone Missæ, ubi dicitur: Qui pridie quàm pateretur &c. deditque discipulis suis dicens: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quibus verbis Ecclesiâ indicat Christum usum verbis in confectione huius Sacramenti.*

Probat 2. ex Patribus; Author sermonis de cenâ Domini apud Cyprianum agens de Christo, PP. qui in cenâ panem & vinum protulit, ait: *Hoc est corpus meum. manducauerant, & biberant* (scilicet Apostoli) de eodem pane secundum formam visibilem, sed ante verba illa tribus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat. ubi indicat consecrationem verbis à Christo esse peractam. Chrysost. homilia 2. in epist. 2. ad Timotheum in fine: *Quemadmodum verba, quæ locutus est Christus, eadem sunt, quæ sacerdos nunc quoque pronuntiat, ita oblatio eadem est.* Euseb. Emislenus sermone 5. de Paschate: *Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis verbo suo secretâ potestate conuertit, ita dicens: accipite, & comedite, hoc est corpus meum, & sanctificatione repetitâ accipite, & bibite, hic est sanguis meus.* refertur can. quia corpus, de consecratione, distinct. Can. quia corpus.

2. Idem homilia in Dominicam Palmarum ad illa verba: *Cenantes autem cis, ait: Ecce sacerdos in æter-*